GODEFRIDUS ADMONTENSIS
2. Hälfte 12. Jh.
Seite 152v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25959
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Immundus est ante deum omnis qui exaltat cor suum. Ad hanc autem cordis mundiciam in qua uere deus uidetur: qualiter homo pungere ualeat? Iuxta obscure p psalmistam spe sanctus insinuat. Myrra inquit & gutta & casia a uestimentis tuis. Per myrram carnis mortificatio? p guttam cordis humiliatio? p casiam mentis accipi potest contemplatio. Per uestimenta autem de scriptura sacra accipitur? quia sicut uestimentis homo tegitur ne nudus appareat? sic quodamodo deus & sensus diuinus sub ueramine sacre scripture absconditus latitat. A uestimentis enim dei. myrra & gutta & casia, pendunt? quia ex scripturis seis homo conuersus instruitur: quali studio carne suam cum uitiis & concupiscentiis crucifigendo mortificare debeat. qd est uere myrra. que uere hominem a putredine uiciorum emundatum in xpo uiuificat. Post myrram ponitur gutta. qd est cordis humilitas? quanto enim caro mortificata deicitur: tanto mens humiliata. ad bone operationis studium accenditur: Post myrram & guttam ponitur casia? quia p carnis mortificationem. & uiciam cordis humiliationem, pficit homo ad suauissimam mentis contemplationem. Quia uero durum est hominem & difficile. sic mortificando & humiliando carnem suam despicere? se ipsum dns qui, p nobis & myrra & gutta fieri uoluit. nobis ad exemplum, pponit dicens. Quia uado ad patrem. Gutta nanq; factus est dns. paruulus, p nobis infans nascendo? myrra factus est. in assumpta, p nobis humanitate moriendo. Hec iniuste aduentus xpi in carne gutte comparatur? nam sicut gutta una modicum quidda est. ad comparationem magni fluminis? sic humanitas xpi parua ualde res erat. ad comparationem incomprehensibilis eius diuinitatis. Igit quicunq; huic gutte. dei uiuq; unigenito, p nobis homine facto. pficit se ipsum humiliando confor-